se germanorum vel eorum Posterorum A. Officium praesens Castrensis Capitanei Premisliensis extenso recessu suo rescripto quoad respondendum spectat mediante semper ut primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare iuri parere indere damno praefato Terrae simpliciter absque Iuramento Corporali taxatae libere Inscriptioni huic satisfacere ac omne Iudicatum pati debebit et tenebitur seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus Illustrissimum primum praeceptorum et alios omnes exinde Consequentes Causae eiusdem Illustrissimi semper praeceptoris vera Infirmitate pro maiori minorennitate Successorum Legationem intra vel extra Regnum servitio Militari ad munimenta ad Quaestorem vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quaestionem praeterea ultra praenotatum Illustrissimi Officij praefati Castrensis Premisliensis dilationem sibi non recipiendo nullasque Modo Appellationes ad earum Prosequutiones faciendo sed promissa omnia Poenis simplicibus vel triplicatis evasionis suspensionis Fatalijs Iuris Praescriptionis Terrae Bello Conventioneque ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo quovis evadendo hac sua praesenti praemissa Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Hordijnski consorti suae Reformat.

Comparens praenatus Coram Officio Actisque praesentibus Castrensis Capitanei Premisliensis Nobilis Samuel Hordynski sanus mente et Corpore existens a Terris districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et Competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni quoad Actum hunc attinet secum Successoribus ac Bonis suis praenatus omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subjiciendo palam libere pullue ac per expressum recognovit Quia ipse Nobili Catherinae Jaworska sui vero Recognoscentis Consorti Legitimae eiusque Posteris summam sexaginta florenorum polonicalium

ratione veræ dotis et expeditionis post ipsam acceptæ et in domum suam importatæ necnon aliam similem summam sexaginta florenorum polonicalium ratione certi veri iusti et liquidi dotalitii in et super tota et integra medietate Bonorum suorum generaliter omnium hæreditariorum obligatoriorum mobilium et immobilium summarumque quarumvis pecuniarum necnon auri argenti clenodiorum unionum margarethanum vestium vestimentorum stanni æris cupri orichalci pecorum pecudum equorum equiræ ac totius supellectilis domesticæ nunc habitæ et in posthabendæ dedit dotavit dotalitiavit inscripsit et reformavit prout dat dotat dotalitiat inscribit et reformat præsentibus per ipsam Nobilem Catharinam Jaworska suæ Regentis Consortem Dominam et ipsius Posteros eandem medietatem Bonorum suorum generaliter omnium cum universis ipsius utilitatibus et usufructibus competentiaque et pro gratia quavis tenendi habendi et possidendi illisque quiete et pacifice utifruendi ac ad usus suos et suorum successorum quosvis beneplacitos libere et effectualiter conversendi ac gore ac more aliarum reformationum hactenus et diutius in Regno Poloniæ observari solitarum

Turzanski Alterum Quietat

Comparens generaliter coram officio Actisque præsentibus Castrensis Capitaneatus Premisliensis Nobilis Joannes Turzanski sanus mente et corpore existens a Terris districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competentibus modo præsenti vero Castrensi Capitaneatus Premisliensis Jurisdictioni quoad Actum huncat tinet se cum successoribus ac Bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipse Nobilem Petrum Turzanski Fratrem sui Regentis Germanum eiusque

Posteros.